



BANQUE COMMUNE D'ÉPREUVES

Conception : E.S.S.E.C.

CODE SUJET :

76 LA

CCIP_LV2

CONCOURS D'ADMISSION DE 2007

OPTIONS :

SCIENTIFIQUE, ECONOMIQUE, TECHNOLOGIQUE, LETTRES & SCIENCES-HUMAINES

DEUXIEME LANGUE

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

Vendredi 4 Mai 2007, à 14 heures

N.B. : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite, seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.



BANQUE COMMUNE D'ÉPREUVES

CONCOURS D'ADMISSION DE 2007

Concepteur : ESSEC

OPTION LETTRES ET SCIENCES HUMAINES

DEUXIEME LANGUE

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

Vendredi 4 mai de 14h à 17h

Le tombeau de Trimalcion

(Le riche affranchi Trimalcion, au cours d'un festin somptueux et burlesque, après avoir donné lecture de son testament, commande son monument funéraire au marbrier Habinnas.)

- Respicens (1) deinde Habinnam : «Quid dicis, inquit, amice carissime ? Aedificas monumentum meum, quemadmodum te iussi ? Valde te rogo, ut secundum pedes statuae meae catellam pingas et coronas et unguenta et Petraitis omnes pugnans, ut mihi contingat tuo beneficio post mortem uiuere ; praeterea ut sint in fronte pedes centum, in agrum
- 5 pedes ducenti. Omne genus enim poma uolo sint circa cineres meos, et uinearum largiter. Valde enim falsum (2) est uiuere quidem domos cultas esse, non curari eas ubi diutius nobis habitandum est. Et ideo ante omnia adici uolo : «Hoc monumentum heredem non sequatur».
- Ceterum erit mihi curae, ut testamento caueam ne mortuus iniuriam accipiam.
- 10 Praeponam enim unum ex libertis sepulcro meo custodiae causa, ne in monumentum meum populus cacatum currat. Te rogo, ut naues etiam in fronte monumenti mei facias plenis uelis euntes, et me in tribunali sedentem praetextatum cum anulis aureis quinque et nummos in publico de sacculo effundentem ; scis enim, quod epulum dedi et binos denarios. Faciatur, si tibi uidetur, et triclinia. Facies et totum populum sibi suauiter
- 15 facientem. Ad dexteram meam pones statuum Fortunatae meae columbam tenentem, et catellam cingulo alligatam ducat, et cicaronem meum, et amphoras copiosas gypsatas, ne effluant uinum. Et urnam licet fractam sculpas, et super eam puerum plorantem. Horologium in medio, ut quisquis horas inspiciet, uelit nolit, nomen meum legat. Inscriptio quoque uide diligenter si haec satis idonea tibi uidetur : «C. Pompeius
- 20 Trimalchio Maecenatianus hic requiescit. Huic seuiratus absenti decretus est. Cum posset in omnibus decuriis Romae esse, tamen noluit. Pius, fortis, fidelis, ex paruo creuit, sestertium reliquit trecenties, nec unquam philosophum audiuit. Vale. – Et tu».

PÉTRONE

Notes : 1) *respicens* : sujet : Trimalcion
2) *falsum est* : il est absurde

- * RAPPEL : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.
- * Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.